

Bosnia. Ad viam ferream prope „Dobrun“ secus „Rrzava“. 386
m. s. m.

Julio 1907. leg. **K. Maly.**

5129. **Taraxacum Hjeltii**

Dahlstedt, Arktiska och alpina arter inom formgruppen *Taraxacum ceratophorum* (*Led.*) *D. C.*, in Arkiv för Botanik, Bd. 5, Nr. 9, p. 6, tab. 1 et 2 (1906).

Russia. Lapponia Fennica. „Enontekis“. In prato ad „Hetta“.

Julio 1907. leg. **J. Montell.**

5130. **Hieracium valdepilosum**

Villars, Prospectus de l'histoire des plantes de Dauphiné, p. 34 (1779); — ex *Villars*, Histoire des plantes des Dauphiné, III., p. 106, tab. XXX (1789).

ssp. **subvaldepilosum**

H. Zahn, in *Hallier-Koch*, Synopsis der Deutschen und Schweizer Flora, p. 1867 (1902).

Helvetia. „Les Morteys“. 2000—2200 m. s. m.

Agosto 1908. leg. **F. Jaquet.**

5131. **Hieracium porrifolium**

Linné, Spec. plant. ed. I., p. 802 (1753).

Austria inferior. In saxosis vallis „Höllental“ prope „Payerbach“; solo calc.

Agosto 1908. leg. **K. Ronniger.**

5132. **Lagoseris sancta** (*L.*) *K. Maly.*

Hieracium sanctum *Linné*, Cent. pl., II., p. 30 (1756); Amoen. acad., IV., p. 328 (1759); Spec. plant. ed. II., p. 1127 (1763). — *Lagoseris sancta* *K. Maly*, in Glasnik zem. muzeja u Bosni i Hercegovini, XX, str. 556 i 562 (1908).

Syn. *Trichocrepis bifida Visiani*, Stirp. dalm. spec., p. 19, tab. 7 (1826). — *Lagoseris bifida Koch*, Syn. I. p. 435 (1836). — *Pterotheca bifida Fisch et Mey.*, Ind. sem. hort. Petrop., IV., p. 43 u. 736 (1837).

[Obige Literaturangaben nach K. Maly in litt.]

Bosnia. In saltu inter flumen „Miljacka“ et fauces „Mošćanica-Schlucht“ prope „Sarajevo“. Solo calc. 580 – 600 m. s. m.

Majo 1909. leg. **K. Maly.**

Die Gattung *Lagoseris* M. B. (Cent. plant. rar. Ross. merid., I., t. 30 [1810]) ist älter als *Pterotheca* Cass. (in Bull. Soc. Philomat. 1816, p. 200), doch ursprünglich nur auf die Abbildung begründet (Internat. Regeln der botan. Nomenklatur 1906, Art. 37 und 38). Erstere wurde von Boissier (Flora orient. III., p. 881 [1875], Nyman Consp. fl. Europ. p. 480 [1879]) u. Post et O. Kuntze (Lexikon gen. Phanerog. p. 314 [1903]) u. a. angenommen, von Taubert (in Engler, Die natürl. Pflanzenfamilien, 1894, S. 368) aber als Synonym zu *Pterotheca* gezogen. Nach den Internat. Regeln der Nomenklatur gebührt dem Namen *Lagoseris* der Vorzug.

Hieracium sanctum L. wurde auf Grund einer Pflanze aufgestellt, die Hasselquist in Palästina sammelte. Daselbst kommt aber nur jene Pflanze vor, die vordem *L. bifida* genannt wurde und nicht die westeuropäische *L. nemensis* (Gou)

K. Maly.

5133. *Phyteuma pedemontanum*

R. Schulz, Monographie der Gattung *Phyteuma*, p. 60 u. 163 (1904). Ad confines Galliae et Italiae. Tenda. „Val Fontanalba“. 2300—2500 m. s. m.


Julio et Augusto 1909.

leg. **Cl. Bicknell et L. Pollini.**

5134. *Pirola grandiflora*

Radius, Dissertatio de Pyrola et Chimophila, p. 27, tab. III., fig. 2 (1821).

Syn. *Pirola groenlandica* Hornemann in Flora Danica, tab. 1817 (1825).



Catilis huic cubitalis, glaber, vel ad originem foliorum solummodo pubescens, biflorus, triflorusve striato-angulatus. Folia glaberrima, modo dentata, modo pinnatifida, runcinataque. Folium in caule unicum, medium quasi inter folia radicalia ramumque infimum. Rami (seu pedunculi) duo, tresve, palmates. uniflori, nudi; sed singuli juxta sui longitudinem squamulas subulatas geminas gerunt, quarum alia circa pedunculi medium, altera paulo infra florem. Calyces magni, glabri, squamis ovatis carnosis virentibus, margine membranaceo exalbido.

SIBIRICA.

2. CREPIS, foliis oblongis amplexicaulibus dentatis, calycibus laxis, carinâ ciliatis. Linn. Sp. 1135.

Hieracium montanum majus latifolium Genevense. Baub. Hist. 2. 1036. Bona.

Hieracium montanum majus latifolium glabrum. Baub. pin. 129.

Hieracium montanum majus latifolium. Tabern. Ic. 186. Bona etiam. Chab. St. Ic. 322.

Hieracium magnum Hispanicum. Park.

Hieracium, sive Dens Leonis latifolius caulescens. Baub. prod.

Hieracium pyrenaicum blattariae folio minus hirsutum. Herm. par. Tab. 184. Pluk. Tab. CXVI.

Fig. 1. Icon non male summitatem ac foliorum hamos exprimit.

Hieracium caule ramofo, foliis infirmis, infimis petiolatis, reliquis ex ovato-lanceolatis; omnibus sinuosis-petiolorum instar dentatis. Gmel. Sib. Tab. 10. Non mala.

Hieracium foliis amplexicaulibus serratis glabris, hamis aristatis, calycibus villosis. Hall. Edit. 2. Num. 39. Emend. 11. Num. 99. Cat. rar. 975.

Hieracium (*pyrenaicum*) foliis amplexicaulibus obovato-lanceolatis, retrorsum dentatis, caule simplici, calycibus laxis. Linn. Syst. pag. 1195. cum varietate, quæ

Crepis (*austriaca*) foliis oblongis denticulatis, involucro laxissimo, calycibus hispidis. Jacq. vind.

270. Certo.

NOTA. In pyrenæis ad montem Laurentii frequens, inter *Lilium pyrenaicum*; *Auem. narcissoriam*, *alpinam*, infra stagnum.

Utrum varietas Hieracii (Num. 22.) seu *blattarioides* Syst. nat. pag. 523. β) huc pertineat, dubito. Minime verò de varietate γ (seu *Picris pyrenaica*); alia enim est, ut jam ad *Picridem* dixi. Sed ultimam varietatem δ (*helveticum* Syst. nat. ib.) etiam cum *Hallero* diversam statuo; videtur *Hieraciis* amandanda quidem, ob pappum pilosum sessilem, atque habitum à *Picridibus* alienum.

NEMAUENSIS.

3. CREPIS, scapo nudo hirto, floribus corymbosis, foliis lyratis runcinatis.

Hieracium Dentis Leonis folio monoclonon subasperum. Baub. pin. 127.?

Hieracium intybaceum seu sextum. Tabern. Ic. 183. Non mala.

Hieracium Dentis Leonis folio monoclonon glabrum. Baub. pin. 127.? Caulem glabrum non vidi; sed summa ramorum glabra est quandoque.

Hieracium (*sancitum*) scapo nudo multifloro, foliis lyratis. Linn. Sp. 1127. Ex ipso Linnaeo, in Litteris.

Nemanisi ad vinearum & arborum sepes circa Latourmagne Anno 1763. cum Clariss. Seguiero colle-gimus.

Planta facie quasi media inter *hypochærides* & *Crepidem fœtidam*. Radix crassa longa napiformis, ramo uno aut altero. Folia radicalia biuncialia triuncialiae, runcinata (facie *Barbareæ*, *Lampsane* & *Crepidis tectorum*, quæ *Hier.* fol. & facie *chondrilla*. Lob. 239.) seu lyrata pinnulis utrinque 5.-7. minoribus, obtuse triangulatis, sub-oppositis, utrinque scabris hirtis, quibus non raro aliæ plures minimæ interponuntur; pinnula extima uncialis fermè, cordato-hastata, aut ovata, dentibus majoribus angulata pro more *Alliariæ*, *Cacaliæ*, &c. Scapi aphylli, colorati, 1-6. ex eadem radice, palmates, pedales, imo cubitales, pilis patentibus hispidi, apice (ut plurimum) hirsutiore, ad terram primum incurvati, dein erecti. Rami (seu pedunculi) pilosissimi, alterni, sibi tamen vicini, unciales, biuncialesve, uniflori, ex summo caule triente emergunt. Calyces exactè calyculati, instar *Crepidis pulchræ*; squamæ inferiores (seu exteriores) minimæ, ovatæ, acutæ. Calyx interior è contra constat squamis æqualibus lanceolato-oblongis, acutis, glabris, margine membranaceis albentibus. Flores lutei magisitudine *Crepidis fœtida*, *tectorum*. Semina varia; marginalia crassiora sunt, breviora, alata, incurva, marginibus paulo revolutis, nervo dorsali vidente, singulaque squamulæ calycis involuta pro more *Calthæ*, *Rhagadioli*, *Hypoxeridis*! Pappum his nullum observavi; centralia verò angusta, longiora, recta, pappo instructa piloso sessili.

NOTA.